

contra iustitiam destruxistis, et in vos excommunicationis sententiam /
pertulerit occasione predicta, quia parum esset sententias ferre nisi esset
qui / eas executioni mandaret, volumus et vobis ad penam et bannum /
C marcharum argenti districtius precipiendo mandamus quatenus eidem
sorori infra / V diem a receptione presentium, secundum formam sue
sententie, satisfaciatis / integraliter cum effectu. Et si de predictis sen-
seritis vos gravatos, / tertia die non feriata post presentationem presen-
tium compareatis legitime / et peremptorie coram nobis allegaturi de
ipso gravamine. Alioquin etc. /

29.

*(Ein Rektor des Kirchenstaats oder ein päpstlicher Legat) widerruft das über
eine Stadt verhängte Interdikt, nachdem diese zur Treue gegen die Römische
Kirche zurückgekehrt ist.*

Hs. fol. 5^{rv}.

Cum potestas .. et comune .. civitatis, a devio, / in quo hactenus
contra Romanam Ecclesiam [a]berrasse videntur, ad nostra / et ipsius
Ecclesie mandata sint devote conversi, nos de ipsius conver/sione
letati, volentes eis veniam suppliciter implorantibus / misericordie
ianuam aperiri, mandamus quatenus, ab eis fidelitatis debito prestito /
iuramento ac de parendo mandatis huiusmodi fideiussoria et iuratoria
cautione // [... senten]tias iuxta for[mam] / [...] cui ob id civitas ipsa
subiacere / dignoscitur, relaxar[e ...], faciens ibi divina officia / more
solito celebrari. /

30.

*Ray(nerius, Rektor des Herzogtums Spoleto) befiehlt den Behörden einer
Stadt, den über einen Kleriker I. wegen eines angeblichen Raubes verhängten
Bann zu widerrufen und den gegen diesen angestregten Prozeß für ungültig zu
erklären.*

Hs. fol. 5^v.

(1290—1291)

Ray(nerius)¹⁹⁾ etc. Exposuit coram nobis I. clericus de .., du cuius /
clericatu plene nobis constat, quod vos ipsum posuistis in banno, / eo
quod dicebatur ipsum abstulisse violenter quendam equum / famulo
domini C. de .. olim potestatis .. Cum igitur nulla vobis / in clericis sit

¹⁹⁾ Vgl. oben S. 141.